Arg. 2: stando scholiis, sicut nulla est determinata pars motus, antequam non sit alia, ita nulla est corruptio determinata partis, cui non præcesserit pars corrumpenda: ergo daretur ab æterno corruptio motus; sed hæc sequela est falsa: ergo. Probatur subsumpta: eo quod nulla sit corruptio, quæ non supponat partem corrumpendam, aggregatum corruptionum supponit aggregatum partium motus; sed quod ab æterno est, non supponit aliud prius se: ergo corruptio motus non esset ab æterno.

Distinguo enthymemate, negatis subsumptis ad huius probationem distinguo maiorem: eo quod aggregatum corruptionum distributive sumptum, supponit aggregatum partium distributive sumptum concedo; aggregatum corruptionum collective sumptum, supponit aggregatum partium collective sumptum nego; quia utraque collectio esset æterna correspondens quæ, omnibus durationibus possibilibus; propterea quæ neutra potest esse tempore prior alia: aggregatum distributive sumptum, est quælibet pars: quælibet autem corruptio, supponit quamlibet partem cuius est corruptio.

Sed instabis 1: nequeunt existere simul duo æterna; sed aggregatum corruptionum, et aggregatum partium motus sunt æterna: ergo nequeunt simul existere: ergo unum debet existere prius alio, consequenter quæ non erunt æterna. 2: aggregatum corruptionum est corruptio; sed corruptio supponit ante se partem motus: ergo aggregatum corruptionum supponit partem ante se proinde quæ non erit æterna. 3: pars determinata motus, et eius carentia sunt æterna; sed ab æterno, nulla est pars determinata motus cum nulla sit assignabilis pars quæ sit prima: ergo existit ab æterno carentia partis determinatæ: ergo motus incipit in tempore.

Ad 1um distinguo maiorem, distinguo minorem: sunt æterna distributione accommoda concedo; aliter nego consequentiam; explicatur solutio, aggregatum corruptionum A, B, C, D, E etc. opponitur æternum cum aggregato partium motus, A B C D. E etc., ita ut corruptio A, opponatur parti A, corruptio B, parti B etc.: præterea nulla corruptio coexistit illa parte cuius est corruptio, sed cum subsequenti, v.g. corruptio A non coexistit parte A, sed cum parte B: similiter corruptio B, cum parte C, et sic de aliis, unde nunquam videtur, quod corruptio B, cum parte C, et sic de aliis, unde nunquam videtur, quod utrumque, aggregatum ea ratione qua æternum opponitur simul tempore existit.

Ad 2um distinguo maiorem: est corruptio collective sumpta concedo; est corruptio distributive sumpta nego, et tunc inversis dicta minori, nego consequentiam: corruptio omnium partium aggregatum, non est aliqua determinata corruptio, sed corruptio omnium partium, illa vero et non hæc supponit aliquam partem motus, quia ultra corruptionem omnium partium, simul, nequit alia pars restare.

Ad 3um, distinguo integro syllogismo, nego utramque consequentiam, l. eam distinguo: motus collective sumptus incipit in tempore nego: distributive sumptus concedo: existentia dicitur solum deducitur, quamlibet determinatam partem motus incipere in tempore, non vero deducitur dare primam partem determinatam motus, quod necessarium erat ut hic, non esset infinitus. Hic obiter nota, quod cum ab æterno, non esset aliqua pars prima, determinata motus, ab æterno esset carentia talis partis; hæc autem carentia non esset contingens sed necessaria, quia cum sit impossibilis prima, pars motus infiniti eius carentia debet esse necessaria.

Arg. 8: per omnem motum localem transit mobile de uno in alium locum: sed si cælum v.g. ab æterno moveretur transiret de loco in quo creatum esset ad alium locum; atqui simul non transiret: ergo implicat cælum ab æterno moveri. Suadetur subsumpta, non transiret: aliter esse in eodem instanti non transiret dira instanti, in quo crearetur: aliter esse in eodem instanti esset in loco, in quo creatum esset, et simul non esset cum illum relinqueret, neque item transiret in instanti sequenti, nam sic iam præcesset aliquod instans sine motu, propterea quæ hic iam, non esset æternus: ergo nullum esset instans in quo transiret.

Distinguo arg.: per omnem motum localem finitum etc. concedo; fictum sub distinguo, distributive sumptum concedo;

colere sumptus ~~Deo~~ neque supotus, quod ante motus infinitus sit assi-
nabilis locus determinatus, relinquendo; motus esse infinitus a parte ante,
corresset omni loco possibili, a parte ante: caelum item falso suponit
quod caelum produceretur ab aeterno in aliquo loco determinato, a quo inci-
peret moveri. Stet igitur, quod caelum, extenus ab aeterno produceretur
qtenus nullus esset instans, nullusque locus a parte ante, in quo
esset 1, productus.

Replicabis 1°: unus ex prerequisitis ad motum est locus re-
linquendus a mobile: ergo pro priori ad motum, debet suponi motus
relinquendus a caelo. Sed non locus relinquendus in instanti in quo
est pro priori ad motum: aliter esse pro eodem instanti produceretur, et
relinqueretur: ergo in subsequenti, ac proinde caelum supponeretur
in aliquo instanti, ante motum. — Distinguo antecedens: unus ex prerequisitis ad
motum finitum Deo; infinitum non suppositum, quod talis motus sit determinate a-
signabilis, implicat esse, esse determinate assignabilem et esse infinitum. Repli-
cabis 2°: Deus pro priori ad productionem caeli supponeretur indifferens
ad producendum, vel conservandum, hanc, vel illam determinatam caeli presentiam:
ergo Deus intelligeretur pro priori determinatus ad conservandum pro aeter-
nitate hanc, vel illam determinatam presentiam caeli, et hinc fluit, quod tum
sit assignabilis aliqua determinata presentia caeli, quae sit ab aeterno;
tum, quod caelum incipiat moveri in tempore. Nego antecedens: solus suppo-
neretur Deus indifferens ad producendum et conservandum caelum cum
presentiis, prioribus et posterioribus absque 1° ad modum quo, licet
Deus sit indifferens ad producendum determinatum ~~[illegible]~~ animum talem, solum
est indifferens ad eum producendum cum presentiis, prioribus et posteriori-
bus, sine ulla, non 1. cum tot, vel tantis presentiis determinatis. Hinc
nota, quod Deus crearet caelum in utroque emisphaerio, non per aliquas
presentias determinatas, quae 1° poneret caelum in utroque, sed per negationem

presentiam determinatam, quae 1° poneret illud in aliquo. Arguitur 9°: si
possibilis esset motus successivus ab aeterno, esset etiam possibilis ab aeterno
infinita series generationum inter se subordinatarum, per patres,
filios, et ab avos, ita ut ascendendo per illas generationes sensim
nunquam perveniretur successive ad 1° progenitorem, qui im-
mediate procederet a Deo solo; atqui sequela est falsa: ergo.

Probatur minor: tota ea generationum collectio, ut pote creata deberet
esse ab alio: ergo vel ab alio intra collectionem contento, in quo [illegible] dici
non potest, quia sic daretur mutua productio quo ad 1° esse: si 2°
illud, non contentus intra collectionem, non esset solus Deus: suponimus
esse Deus semper concurrisse cum alia causa 2a, ad producendas tales
collectiones: ergo esset Deus, simul cum alia causa, non contenta intra
collectionem: atqui haec alia causa ut pote creata esset ab alio, et
quidem a solo Deo, cum non restet aliud: ergo tandem deveniendum est
ad aliquem progenitorem a solo Deo, immediate provenientem. Nego
minorem: unde manet resoluta questio quae hic solet agitari hu-
iusmodi generationum, et nobis pro statu est ipsa probatio minoris,
quas alias, quas omitto, plane convincit, non esse possibiles tales seriem.
Quod licet ita sit, fatemur cum communi, potuisse ab aeterno existere
infinitas generationes substantiales. Ratio ut ceterum suponitur est, quia nulla
est repugnantia in eo quod Deus, vel se solo, vel etiam per virum et
foeminam a se immediate productos, produceret ab aeterno a parte
ante, infinitas generationes hominum, non subordinatas inter se, ita
ut Deus se solo, vel simul cum illis hominibus produceret in
singulis annis aeternitatis, singulas hominum generationes quod
convenientissime dicitur, statuta creatura ab aeterno.

Jam vero post longos, adeo irrequietos que difficultatum motus, liceat quietem, aliquando captare, laboriose que physicarum disputationum successioni finem imponere. Ceterum absta-mque, tot motibus agitata physica, ubinam optatam inveniet requiem, nisi in te, que **Tutelaris nostra, es, Puri-ssima VIRGO MARIA GVADALVPANA?**
que amplissimo beneficentie tue patrocinio ut ulnus hic quali quali operi manus imposuissem, benigne adeo vires superasti, mira, beneficiorum tuorum successione, se se ita successerunt naturalis scientie flores, in octo Physicorum libris, ut vel ultimus iam lucem aspexerint. Sed quid mirum si irrigati patrocinii tui rore fecundasti, arescere non potuerunt. O utinam
et numquam arescant, quin potius vel pungentes
quas ob rusticitatem meas spinas ex physica
abunde decerpsi, in flores habeant
maturescant que in fructus, ut
florentissimus, fructuosam que
erga nos, protectionis tue
umbram, una omnes
testentur, lau-
dent que.

Se acabò esta Phisica de mi Venerado M. R. Joseph Ign. Sanchez de la Compª. de JHS el dia 30 de Julio de 1721. La comencè â trasladar el dia Martes 19 de Julio de 1735, y la acabè el dia 3 de Sptre. del mismo año â las siete y media dela noche, y se la ferio con todo mi Corazon, â mi Amantmo. Hermno. Manl. Lonze, y porque conste lo firme dho dia, mes y año. Joseph Lucas de Anaya

Septe
de 17..
Potosi

Tiene fojas
188